

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Exercitatio theologica de fragrantia Christi quam ex 2.  
epist. ad Corinth. 2, 15.16**

**Buddeus, Johann Franz  
Naumann, Tobias Gottfr.**

**Ienae, 1712**

**VD18 11426357-001**

**§. I.**

[urn:nbn:de:bsz:31-130634](#)



J. N. J.

SECTIO PRIMA,  
*Philologico-Exegetica.*

§. I.



Vantis quidem in Christo,  
Saluatore nostro, recondi-  
tus sit diuinarum thesa-  
rus, dona ab ipso parta, spi-  
ritualia, & coelestia, com-  
pletebant, nec excogitari, nec  
praedicari satis unquam poterit: Sacra tamen  
Scriptura, a qua omnis fallendi suspicio lon-  
gissime abest, id nunc clare & perspicue sine  
vulo inuolucro; nunc sub figura & tropo, per-  
pendendum exhibit. Nonne enim omnia fer-  
me rerum terrestrium schemata, sub troporum  
colore, ad res Christi applicantur? Inspicia-

A 2

mus

mus ipsius Saluatoris , quos in diebus carnis fecit, sermones ; & parabolicam loquendi methodum , hinc inde deprehendemus. Apostolorum si perlegimus scripta , quot quae*lo* ibi nobis de Christo, eiusque regno ac donis, tropicae & figuratae occurrent locutiones ? Taceo nunc veteris testamenti oracula, quae pro temporis ratione, & hominum conditione , inuolucris fere omnia inclusa proponunt. In praesentiarum animo sedet, perpendere saltem illud ; *II. Cor. II. 14. 15.* vbi mentio fit *bonae fragrantiae Christi*. Tu autem Christe iuua, vt mens tuo collustrata lumine , ea saltem meditetur, quae in tuum cedunt honorem.

§. II. De *bona* autem *Christi* *fragrantia* acturus, omnium primo dicendum esse abitror, quidnam haec loquendi ratio significet. Quanquam enim frequens eiusdem sit usus , improprietatem tamen saepissime usurpatam deprehendimus. Per *bonam* *fragrantiam* *Christi* nihil quicquam aliud, quam oblationem, acquiescentiam, & singularem voluptatem, qua Pater coelestis propter Christum ipsiusque meritum affectus est, quamque Filius unigenitus Patris in quo vnicet acquiescit, ipsi creauit, ex communissi-